Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

repente duceretur. nisi in magna iam car
nis quiete et spiritu uiueret. quo adusque
ad finem mundi redeat. et mortis de
bitum soluat. Notandum quoque est quod
helyas in curru legitur ascendisse. ut
uidelicet aperte demonstraretur. quia
homo purus adiutorio indigebat ali
eno. Redemptor autem noster non
curru. non angelis. subleuatus legi
tur. quia qui fecerat omnia. super
omnia sua uirtute ferebatur. Consi
derandum uero nobis est quod mar
cus subdit. Et sedet a dextris dei cum
stephanus dicat. Video celos apertos et
filium hominis stantem a dextris dei.
Sed sedere iudicantis est. stare uero pug
nantis uel adiuuantis. Stephanus ergo in
laboris certamine positus. stantem uidit.
quem adiutorem habuit. Sed hunc post assump
cionem marcus sedere describit. quia
post assumptionis sue gloriam. iudex in
fine uidebitur. Aug. Sessionem ergo is
tam non accipiamus. quasi sit humanis
membris positus. tamquam pater sedeat
in sinistra. ut filius sedeat ad dexteram.
Sed ipsam dexteram intelligimus potestatem
quam accepit ille homo a deo. ut ueniat
iudicaturus qui primo uenerat iudicandus.
Sedere uero enim habitare intelligitur. quomodo
dicimus de quocumque homine. In illa pa
tria sedit per tres annos. Sic ergo credite habi
tare christum in dextera dei patris. Beatus enim
est et habitat in beatitudine que dextera
patris uocatur. Ibi enim omnis dextera
est. quia nulla est miseria ibi. Sequitur.
Illi autem profecti predi. ubique domino coop.
et ser. conf. sequen. signis. Beda. Nota
quod marcus euangelista euangelium suum
quanto inchoauit tardius. tanto in longi
quiora tempora scribendo porrexit. ab ini
cio enim euangelice predicationis quod a
iohanne factum est. cepit et ad illud usque tempus

narrando peruenit quo apostoli idem euan
gelii uerbum per totum orbem seminaue
runt. Greg. Quid autem in his conside
randum est nisi quod preceptum. obedientia. obe
dientiam uero signa secuta sunt. preceperat
enim dominus. Euntes in mundum uni
uer. predi. euan. etc. et matheus. Eritis mihi
testes usque ad extremum terre. Quo autem
pacto ab apostolis est predicacio ista completa
quando adhuc usque sunt gentes in quibus modo
cepit. et in quibus non dum cepit impleri.
Non utique hoc sic a domino mandatum est
apostolis. tamquam ipsi soli quibus tunc loqueba
tur. tantum munus fuerant impleturi.
Sed sicut eis solis uidetur dixisse. Ecce ego
uobiscum sum usque ad consummationem
seculi. quod tamen eum uniuerse ecclesie promisisse. que
aliis morientibus. aliis nascentibus. hic
usque in seculi consummatione futura est. quis non
intelligat. Theoph. Sciendum autem est
et hoc quod sermo per opera confirmatur. sicut in
apostolis tunc opera confirmabant sermonem
sequentibus signis. Fiat autem o christe ut nostri ser
mones quos de uirtute dicimus. per opera con
firmentur. et actus. Ut tandem simus
perfecti te cooperante in omnibus uerbis et
operibus. quia te decet et sermonum et operum
gloria. hic liber est sceptus qui scripsit sit benedic
tus. Amen.